QVINTVS

5 7

INTRADAE ALEXANDRI OROLOGII,

Quinque & ſex vocibus,

quarum in omni genere inſtru=mentorum muſicorum vſus eſſe poteſt.

LIBER PRIMVS.



QVINTVS.

HELMAESTADII
In Officina typographica Iacobi Lucij,
M. D. XCVII.

SERENISSIMO POTENTISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO, DN. CHRISTIANO IV. Daniæ, Noruegiæ, Gothorum & Vandalorum regi, Duci Slesuici, Holsatiæ, Stormariæ & Ditmarsiæ, Comiti in Oldenburgk & Delmenhorst, Domino suo clementissimo.

SEreniſſime rex, domine clementiſſime. Regias ſiue diuinas potius Regiæ Ma.tis tuæ virtutes cum tacita admiratione contemplabitur quis rectius, quàm ex dignitate prædicabit. Hoc verò cum in ſcribendo exercitatiſſimus aſſecuturus mihi non videatur, neq; ipſe in animum inducam: nec conari etiam debeo, cum hac ipſa de cauſa, tum ne in ſuſpicionem adulationis incurram, à qua longiſſimè boni viri refugiunt. Tamen facere non queo, quod res ipſa non ſolum me monet, ſed quodam modo cogit: quin R. M. T. vno hoc nomine laudibus in cœlum efferam, quòd exemplo & ſanctiſſimorum & fortiſſimorum regum artem Muſicam præ plurib. amat & in magno pretio habet, eiuſq; cultores benignè complectitur, & ſingularibus præmijs ornat. Vidi hoc ipſe & expertus ſui: adeoq; ingratus ſim, ni R. M. T. gratiam & beneficentiam ſilentio ſepeliam. Ego verò me ipſe ad grati animi declarationem excitaui, & ſumma diligentia nouas muſicas harmonias compoſui: quas modo typis expreſſas ad R. M. T. mitto, eamq; ſubmiſſè etiam atq; etiam rogo, vt hoc meæ ſubiectionis argumentum pro ſolita ſua clementia accipiat, meq; in ſuis primis cultoribus habere pergat, & diuinam hanc artem in florentiſſimo ſuo regno porro foueat, propagandamq; curet. Capiet inde R. M. T. ſuauiſſimos fructus: in rebus ſecundis honeſtiſſimam voluptatem: in moleſtijs & laboribus adminiſtrationis rerum, animi rege dignam recreationem. Sic vixiſſe heroas illos priſcos, & reges potentiſſimos R. M. T. referrem, niſi quæ de Argonautis, quibus Orpheus in expeditione nobiliſſima præſto fuit, de Achille, qui ipſe & fidibus & voce canebat, de Alcinoo, qui Demodocum habebat, ac de pluribus alijs litterarum monumentis prodita, partim nouiſſe ipſam, partim ex doctiſſimis viris ſæpè audire, vel ex lectione cognoſcere, perſuaſum mihi haberem. Ad hoc redeo, vt R. T. M. obteſter, vt meas muſas clementer accipiat, meq; in ſui obſeruantiſſimis eſſe patiatur: quo maius beneficium ipſa in me conferre non poteſt. Datæ Helmæſtadij in ac. IVL. 24. Auguſti An. 97.

Regiæ Mtis T.
addictiſſimus cliens

Alexander Orologius.

Quintus à 5.

1



Quintus à 5.

2



Quintus à 5.

3



Quintus à 5.

4



Quintus à 5.

5



Quintus à 5.

6



Quintus à 5.

7



Quintus à 5.

8



Quintus à 6.

9



Quintus à 6.

10



Quintus à 6.

11



Quintus à 6.

12



Quintus à 6.

13



Quintus à 6.

14



Quintus à 6.

15



Quintus à 6.

16



Quintus à 6.

17



Quintus à 6.

18



Quintus à 6.

19



Quintus à 6.

20



Quintus à 6.

21



Quintus à 6.

22



Quintus à 6.

23



Quintus à 6.

24



Quintus à 6.

25



Quintus à 6.

26



Instrumentis eiusdem generis. Quintus à 6.

27



Instrumentis eiusdem generis. Quintus à 6.

28



FINIS.